Dō Francisci Arguis Regij primùm Fisci Aduocati, mox Senatoris in Statu Mediolani, Responsum

Aduers. ea, quæ proponuntur contra officium Oecono-matus eiusdem Status Mediolani.

OEconomus noster in controuersia orta inter Episcopum Alexandriæ, & Fiscum Regium Ducatus Mediolani contendit tueri antiquissimam quasi possessionem præstandi assensum Regium, vulgo il Placet, Potentissimo Regi nostro competentem, & à maioribus suis traditam prouisis de beneficijs Ducatus Mediolani, nō solum à Sede Apostolica (quod non controuertitur,) sed etiam ab Ordinarijs collatoribus, quod hodiè primùm, à dicto Episcopo in dubium reuocatur. Non vt Rex noster Catholicus libertatem Ecclesijs tributam lædat, aut Ecclesiasticam exerceat iurisdictionem, vel personas Clericali charactere insignitas tangat, Siquidem pro ijs omnibus in seruitium Sanctissimæ Sedis conseruandis, & augendis, Inuictissimi Imperatores, & Reges Catolici eius prædecessores ingentes Populorum, & auri, & argenti, thesauros erogarunt, & ipse quotidiè largissimè erogat, sed quia sua maximè interest, vt Pastores, & Clerici, qui præficiuntur Ecclesijs, tales sint, vt ab illis, nec ratione Patriæ, nec intuitu familiæ, nec contemplatione propriæ personæ, metui possint insidiæ, coniurationes, secretorum reuelationes, ac Populorum seditiones; Qua ratione iustum videtur, vt qui Populorum in pertinentibus ad animam, curam gerunt, & qui emolumentis, & fructibus bonorum, in Dominio suo sitorum gaudent, qui bene animati sint erga Regem, (non autem male affecti, & multò minus exteri, & sub his Principibus nati, cum quibus ob controuersias de finibus, & alijs de causis satis no-

tis, non semper conuenit) proponantur, & eligantur.

Nam si non decet potestatem laicam, eos in Principes promouere qui sunt Ecclesiæ suspecti, cap. venerabile de elect. Zabar. in cap. nobis. §. cæterum num. 10. de iurepatron. Nec etiam decet potestatem Ecclesiasticam tales eligere Prælatos, & promouere Pastores, qui Principibus, & Populis grati non sint, sed exosi, & suspecti existant, cap. Dei timor, vbi Abb. nu. 1. Hostien. num. 4. de Statu Monac. Roc. de Curt. de iurepatron. in verbo competens nu. 60. Etenim hæ duæ potestatis ab eo, & eodem principio nempè à D. N. I. Christo emanantes, arctissimo vinculo, ità connexæ sunt, vt sibi mutuam opem poscant, cap. quoniam distinc. 10. Authen. quomodo oporteat Episcopos, in princip. coll. 1. Ioann. Quint. Hedu. in repetit. cap. Nouit. nu. 124. de iudicijs Lancellot. Corad. in templo omnium Iudicum lib. 1. cap. 1. de Imperat. §. 3. vers. Secundo iuxta præmissa nu. 1. & 2.

Etenim, quantum fieri possit, euitandum erit, ne prauam inclinationem quasi à natura insitã, quam ingrati, & deperditi Sacerdotes, & præcipuè forenses, erga Principes Seculares, habere solent, credentes rem gratam facerè suis Principibus naturalibus, & ne forsan aliquando stimulati executioni demandare possint; Vt contigit in partibus Belgicis, prout refert Comest. in suo opuscul. de bello belgic. lib. 4. pag. vlt. his verbis, *essendo hora di messa, che il Popolo era adunato in Chiesa, doue il Parochiano (mal inclinato verso li Spagnuoli) l'haueua esortato alla libertà, corsero tutti all'arme, & malgrado del Borgo maestro, ammazzorno molti Spagnuoli &c.*

Et licèt iustitiam huius prætensionis, puram temporalitatem respicientis, Domini pro Episcopo, insumantes pluribus oppugnent, nihilominus non expugnant, sed ipsa impugnata magis elucescit.

Quare, etsi, ex ijs, quæ in alia iuris allegatione deducta fuere, in principio huius tractatus Illustriss. tradita, satis constare videatur de bono iure Regiæ iurisdictionis, noluit tamen Occonomus noster infrascripta prætermittere.

Siquidem vera, & recepta est conclusio DD., quod Princeps sæcularis potest Episcopos, & alios beneficiatos, vti suspe-

ctos

ctos recusare, siue suspicio oriatur ex patria, de qua sũt oriũdi, siue ex parentibus, à quibus originem trahunt, siue, quia ipsimet fuerunt, vel eo tempore sunt alterius Principis non benè affecti seruitio addicti, vt testatur Glos. in cap. nullus 61. distinct. & in cap. fin. 63. distinct., Innocent. in cap. super his num 8. de accusat., quem ibidem sequuntur Hostien. nu. 6. colum. 1. vers. quid si Princeps, Io. Andr. nu. 6. Socin. nu. 42. in medio vers. & plus dicit, Belarm. in cap. quod sicut nu. 25. Butr. num. 16., dicens ita de facto seruari, de electione; & Abb. in cap. 1. n. 9. & in cap. cum terra n. 2. & in cap. quòd sicut, §. super eo, nu. 7. eodem tit. Quibus addi possunt Corset. de potestate Regia par. 2. q. 12. in fin. Sylu. de benef. par. 2. q. 23. num. 26. Fran. Maroch. decis 355. num. 5. par. 1. Lãcillot. Corad. in templo omnium Iudicũ lib. 1. cap. 1. de Imperatore §. 3. vers. Secundo iuxta num. 4. Roch. de Curt. de consuetud. num. 490. Polisan. in tit. de elect cap. 5. sub nu. 22. Bertach. de Epis. lib. 2. q. 19. num. 23. Lambert. de Iurepatron. lib. 2. par. 1. q. 5. princip. art. 2. nu. 9. glos. in pragm. sanct in cap. licet §. Verumtamen in verbo perturbationum de electione, Barbat. cons. 1. volum. 1. & Carol. de Grass. qui alios addit de effectũ Clericatus, effect. 1. nu. 1038. & 1039.

Et vbi ex rationabili Populi, & Principis contradictione scandalum timetur, non debet quis præfici Ecclesiæ, etiam quod Canonicè electus, vel prouisus fuerit cap. nisi cum pridem §. pro graui, cum ibi notatis per Innocen. de renunc. Glos. in pragm. sanct. in cap. licèt, dicto §. Verumtamen, in verbo Pontifex de elect. etiam si adsit mandatum Pontificis, quia tunc æquanimiter Sanctitas Sua excusat renitentes, licet mandatum non adimpleatur, prout profitetur in cap. cum teneamur, de præben. Quandoquidem propter scandalum, multa sunt dimittenda, quæ alias fieri deberent, Glos. in alleg. cap. cum teneamur, in fine figurationis casus, & ibi cõmuniter DD. Abb. in cap. considerauimus nu. 5., Et quamuis in nihilo deliquerit alleg. cap. considerauimus, vbi Abb. de elect. num. 5.

Ne etiam Populus Pastorem inuitus suscipiens ad deteriora declinet, & aliquid mali moliatur contra eum, quem odio

habet, vt arguendo à matrimonio carnali ad ſpirituale, iuxta Text. in cap. int. incorporalia, de translat. Epiſ. probant. Text. in cap. 2. in cap. cũ locum, & cap. requiſiuit de Sponſal., Et exempla negatorum Paſtorum ſatis fidem faciunt, vt plenè tradit Toleſan. dicto tit. de elect. cap. 5. num. 22. vbi etiam vult quod iuſtus ſit ſcandali timor, ſi Paſtor videretur nimium Seuerus, vel vitijs laborare, aut eſſet malæ famæ, vel metueretur ſeditio.

Immò tam de Iure ciuili, quàm Canonico, poteſt Princeps eos de delictis, & criminibus arguere, vt latè proſequitur Innoc. in dicto cap. ſuper his, num. 7. & 8. de accuſat., concludens, quod Rex, vel Princeps, non ſuſpecti, obijcere crimina, vt interim regalia teneant, aùt aliquid extorqueant, (quod nefas eſt cogitare de Rege noſtro Catholico) multò magis admitti debent, quàm perſonæ priuatæ, quibus ſine vlla cõtradictione id permittitur, Idemq; confirmant ibidem Hoſtien. num. 4 Zabar. num. 11. Abb. num. 13. Felin. num. 4. Io. Andr. nũm. 6. Socin. nu. 43. & 49. & latius proſequuntur Compoſtel. Zabar. Abb. & alij in cap. ſuper eo, de elect. quibus adhæret Corad. in templo omnium Iudicum, cap. 5. de Epiſ. §. 1. verſ. propè præmiſſa num. 5.

Nam, cum Sacra, & Sacerdotes ſint publici Iuris, l. 1. ʃ. huius ſtudij ff. de iuſt. & iure, cap. Ius publicum diſtinc. 1. & ideò atroces iniuriæ Sacerdotibus factæ publica crimina iudicentur, & laudabile cunctis eas perſequi, l. ſi quis, in fin. §. ſitq; Cunctis, C. de Epiſ. & Cler., nedum Principum, quibus nihil magis curæ eſſe debet, quam Sacerdotum honeſtas, Authen. quomodo oporteat Epiſcopos, in princ. col. 1. ibi, *Ideoq; nihil ſic erit Studioſum Imperatoribus, quam Sacerdotum honeſtas;* Quiq; curare debent, ne ſub prætextu religionis reſpublica aliquid detrimenti patiatur, l. 1. & 2. C. de Colleg. illic., Sed etiam cuiuslibet Catholici Chriſtiani intereſt, vt Eccleſiæ habeant Sanctos, & integerrimos Prælatos, atq; idoneos, & bonos, honeſtosq; Clericos, l. nos ſemper in princ. C. de Epiſcop. & Cler. §. Sancimus, ʃ. ſi quis, dicta Authen. quomodo oporteat Epiſcopos coll. 1. & §. ſi autem, Authen. de Sanctiſs. Epiſcop cap. ex parte, de Teſtib. cap.

Plex,

Plex, & cap. Reatina, distinct. 63. per quæ, & alia iura ità ratiocinantur Innoc. in dict. cap. Super his, num. 7. Hostien. num. 4. Io. Andr. num. 6. Zabar. num. 11. ibi, *Est ergo hoc iuris publici*, Socin. num 43. Glos. in pragm. sanct. d. cap. licet §. Verumtamen in verbo Pontifex, de elect.

Parum siquidem prodesset bonum esse Principem, pium, religiosum, fortem, potentem. Prouincias, & Regna plurima habentem, nisi adsint qui subditos in officio contineant, & sermone, & moribus, & auctoritate in Christo Suæ Ecclesiæ, ac Principis fide, retineant, conseruent, & iam deperditos ad rectam viuendi rationem reducant; Quod, ex sententia Germon. de Sacror. immun. lib. 3. cap. 12. Et cæterorum Sapientum, præsertim pertinet ad Antistites, ac Pastores, seu Parochos, quorum tanta est authoritas, vt ad libitum ingentes animi nostri motus coherceant, tumultusq; sedent, & Gregem suum quocunq; volunt, ducant; Et hinc est, quod vbi Respublica Christiana malorum Pastorum vitio laborauit, ibi hæreses emerserunt, Regna subuersa fuerunt, & populi, ac gentes periurijs, ac blasfemijs onustæ, Summum Christi Vicarium, & proprios Principes deseruerunt, quæ mala ipsorum Antistitum negligentia, Pastorum ignorantia, & rapacitate, interdumq; malitia, plerumq; euenisse. nemo est, qui ambigat, cap. nemo, & ibi latè, & egregiè Turecrem. distinct. 83. Diu. Greg. in suo pastor. par. 1. cap. 2. Germon. in loco supra citato.

Iccircò, iure merito præscriptum fuit, Principum Secularium, & Populorum interesse, tales viros eligi, ac prouideri ad Ecclesias, à quibus perturbatio, nec Ecclesiæ, nec patriæ, nec boni publici, aliqua ratione timeri possint.

Et quamuis singulari Dei beneficio Italia hucusq; non fuerit hisce plagijs affecta, attamen cum prudentum sit alieno discere periculo, ac lippis, & tonsoribus notum, Ducatum Mediolani circumquaq; finitimum esse Principibus & Populis erga fidem, & Maiestatem Regis nostri aliquibus non benè affectis, & multas eius Ecclesias subie-

ctas esse iurisdictioni exterorum Episcoporum nempe Hastæ, Vercellarum, Placentiæ, Casalis Montisferrati, Bergomi, Aquarum, & Sarezanæ, sicuti Rex intelligit summoperè inuigilandum esse, vt Populi sibi à Deo commissi, in hac puritate perpetuò conseruentur, quia sic ipse contraxit polliticum matrimonium cum suis Ciuitatibus, sicuti Episcopi nubunt spiritualiter cum suis Ecclesijs, vt de mente Luccæ de Pennas, & Boer. scribit Decian. responf. 19. num. 179. vol. 3. Ita contendit, & totis viribus contendet, vt hæc sua quasi possessio illæsa conseruetur, quia hac ratione tutus est, sufficientem habere notitiam personarum electarum, & prouisarum, tam ab Ordinarijs Collatoribus, quàm à Summo Pontifice, antequam beneficiorum possessionem ingrediantur; Quoniam turpius eijciuntur, quàm non admittuntur hospites, cap. quémadmodum de iure iurando, & facilius homines repelluntur ab acquirendis, quàm ab acquisitis, vt in puncto considerat, Socin. in dict. cap. super his num. 50. de accusat., & hoc sibi licere arbitratur, ex plenè deductis, in hac, & in alia informatione, quæ in suo robore permanent, non obstantibus ex aduerso allegatis.

Respondetur ex aduerso allegatis contra consuetudinem dandi Placita Regia; Et primo probatur illius existentia.

NAM cum hæc consuetudo, (quidquid ex aduerso dicatur) vniuersalis sit, & notoria in toto Ducatu Mediolani, Illustrissimiq; Patres de facili possint plenam de ea habere informationem, satis esset illam allegare, absq; alia probatione, Bald. in l. 1. num. 13. Cod. ad Sen. Consul. Vell. & in l. si fugitiui num. 3. in fin. versic. attende hic, C. vt quæ desunt Aduocatis, Iason. in l. de quibus nu. 88. ff. de ll. Ripa in l. Dies §. hoc autem iudicium num. 34. ff. de damno infecto, Dec. in cap. cum. M. Ferrarien. num. 25. de constitut. Guil. obseruat. 31. num. 17. lib.

2.Surd.

2. Surd. conſ. 371. ſub num. 17. vol. 3. Honded. conſ. 52. num. 17. vol. 1.

Maximè cum non deſint Doctores de ea atteſtantes, præſertim Alciat. conſ. 24. num. 1. & 2. lib. 1. Cui exiſtenti de Ciuitate Mediolani ſtandum eſt, Saltem ad effectum transferendi onus probandi contrarium in aduerſarios, Crauet. conſ. 166. num. 9. Rolan. conſ. 71. num. 22. & conſil. 87. num. 12. vol. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 426. nu. 11. & 12. Menoch. conſ. 1. num. 164. vol. 1. Surd. deciſ. 64. num. 11.

Verùm vbi probanda eſſet, certè ex libris Oeconomorum quorum particulæ neceſſariæ ſubſcriptæ à Secretario Senatus exhibitæ fuerunt, ex quibus cum conſtet prouiſos, tam Apoſtolica, quàm Ordinaria auctoritate, etiam in Dioceſi Alexandrina non fuiſſe adeptos beneficiorum poſſeſſionem ſine Oeconomorum, & Subœconomorum beneplacito, ſufficienter probata diceretvr, quia libris publici officialis pleniſſima fides adhibetur, Bart. in l. quædam §. nummullarios in fin. vbi etiam Iaſon. num. 8. ff. de edendo, Crauet. de antiquitate temporum par. 1. limit. 4. num. 62. Pulchre Bec. conſ. 5. num. 1. Maſcard. de probat. conſ. 672. num. 9. & conſ. ſequen. nu. 20. ac Magon. deciſ. 209. num.

Et, ſi cuicunq; ſcriniario, ſeu tabellioni creditur cap. ad audientiam, & ibi Gloſ. de præſcript. Abb. alleg. cap. num. 6. quanto magis credendum eſt Egr. Secret. Excellentiſs. Senatus Alexandro Beſutio, ob eius ſingularem honeſtatem, & probitatem, cuius immaculata, & integerrima manu leguntur corroboratæ, & ſubſcriptæ omnes atteſtationes, & acta producta ad comprobandam allegatam conſuetudinem.

Probatio enim reſultans ex libris officialis publici ita ſufficiens eſt, ac ſi oriretur ex inſtrumentis publicis, Crauet. dicta limit. 4. num. 84. & ſequen. Maſcard. dicto tract. concluſ. 973. num. 37. & 38. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 29. ampli. 23. Vltra quod allegata conſuetudo, etiam publicis documentis probata, & corroborata videtur in-

concusse remanere.

Quibus quidem instrumentis consuetudo sufficienter, & notorie probatur, Bald. in l. 1. num. 13. vers. sed quæro C. ad Sen. Cons. Vell. Surd. decis. 205. num. 60. Curt. Iun. cons. 100. num. 5. vers. confirmantur præmissa col. 2. Dec. cons. 11. sub num. 9. vers. amplius posito, Mascard. de probation. cons. 423. num. 31.

Ad cuius rei confirmationem accedit fides facta à pluribus Notarijs deputatis ad scribendum hæc Placita, in qua attestantur de hac generali consuetudine; Et licet dici possit, quòd huiusmodi fides regulariter non faciant fidem, secus tamen contingit in hoc casu; Primo quia agitur de probanda notoria consuetudine, de qua Iudex non solum potest ex suo officio se informare, & eam supplere, si fuerit allegata; Verùm etiam potest hanc informationem sumere parte absente, & non citata, Felin. in cap. in nomine num. 16. vers. duodecimo limit. de testib. Alex. cons. 14. in prin. vol. 5. & in l. 1. col. 1. C. vt quæ desunt Aduocatis; Secundò quia est aliunde adminiculata, & de proprio eorum facto DD. in cap. in Ecclesia præsertim Butr. num. 15. Hostien. num. 4. Imol. num. 9. de maioritate, & obedientia, Rot. dec. 122. sub num. 7. par. 1. recensior; Tertio quia est fides de re, & actu pertinente ad eorum officium, Rot. dec. 525. num. 5. par. 2. recensior.

Nec obstat si dicatur, quod particulæ dictorum librorum, dictæq; fides, & aliæ scripturæ exhibitæ pro probanda hac consuetudine non sint in forma probante.

Primo quia quilibet defectus, si opus est facile sanari potest, cum Oeconomus sit Ecclesiasticus, & sic eius persona dependeat ab hac Sancta Sede, & memorata acta, & attestationes se referant ad originalia, quæ de facili, vbi Ecclesiastici non acquiescant, possunt ab omnibus videri.

Secundò quia cum in hisce causis, & coram supremis Tribunalibus repræsentantibus ipsum Principem proceditur sola facti veritate inspecta cessant rigorosæ iuris ciuilis solem-

ſol emnitates, Bartol. in l. 1. nu. 4. C. vt quæ deſunt Aduocatis, Iaſon, in l. 1. num. 8. & 9. C. de conſtitut. Princip. Boſſ tit. de Princip. num. 70. & ſequitur Dec. conſ. 199. in final. Verbis, Guido Papæ deciſ. 29. per totam par. 1. Afflict. deciſ. 120. num. 6. Rolan. conſ. 70. num. 17. & ſequen. vol. 1. Bec. conſ. 52. num. 89. vol. 1.

Minus negotium facit, dum ſed minus verè dicitur, quod ab anno 1386. vſq; ad annum 1525. nulla habeatur de Oeconomo vel de Oeconomatu mentio, nullaq; Placiti præſtatio.

Primò quia hoc falſum eſt in facto, ſiquidem extat aliud decretum Ducale editum anno 1388. die 20. Iulij, & publicatum die 10. Auguſti.

Item inter concordata, cum Franciſco Primo Sfortia Duce Mediolani, & Ciuitate illa, ac Ducatu, leguntur in cap. 14. iſta verba; *Item che ſia lecito à caduna perſona impetrar priuilegi, & beneficij del Sommo Pontefice, & da ciaſcun' altrò Prelato à chi ſpetta, ſenza licenza di mandare, ne pagare alcuna coſa al prefato Sig. Duca, nè alli ſuoi ſucceſſori predetti. Cui petitioni Dux reſpondit in hunc modum; Pro impetratione beneficiorum, & dignitatum ſummam excedentium ducatonorum ſexaginta, ex redditibus annuatim à nobis volumus haberi licentiam, more ſolito &c.* Pro aliorum verò impetratione, licentiam peti non curamus; Atq; per ea antiqua tempora, munus hoc Oeconomatus adminiſtrabatur per Officiales Ducales, licet laicos, & conſueuerant Duces Mediolani officium hoc Oeconomatus, cui vellent elargiri abſq; aliqua Summi Pontificis participatione; Nec vnquam apparet, Sedem Apoſtolicam fuiſſe de hoc conqueſtam; Vt omiſſis antiquioribus, contingit de Franciſco Caſtano electo à Franciſco Secundo Sfortia anno 1522. *& de Paulo Turrio, anno* 1529. *in qua electione notanda ſunt illa verba,* nempe officium hoc in Statu Mediolani latè patere, & ſpectare nedum ad dignitatem, ſed etiam ad vtilitatem Fiſci, & de N. Caluino electo Subœconomo Derthonæ.

Item indultum Nicolai V. concessum de anno 1450. cuius executio necessario præsupponit Occonomatus officium, & Placitorum præstationes.

Secundo, adest decretum Ducale anni 1469. renouans, & confirmans decretum anni 1386.

Tertio, nouiter exhibetur edictum promulgatum ab Occonomo Pontificio Regio, & Ducali de anno 1500. die 13. Iulij.

Quarto, reperitur Placitum Regis Galliæ anni 1510. infra relatum; Ex quibus, cum propositio aduersalis negatiua aduersariorum detegatur in parte falsa, in totum talis iudicari debet, l. hisqui ducenta §. vtrum ibi Bart. ff. de rebus dubijs.

Quinto, quoniam ex historijs compertum est rerum statum eo tempore admodum turbatum fuisse in illa Prouincia; Siquidem Ioannes Maria Dux Mediolani, nulla relicta prole, Matreq; capta, multis etiam proceribus trucidatis, in templo à cubicularijs interfectus fuit; Post mortem verò Philippi Mariæ eius fratris, & successoris, qui Alphonsum Siciliæ Regem, Mediolani Ducem testamento nuncupauit, Populus Mediolanensis, irrito facto testamento quodammodo semetipsum in libertatem vindicauit; At ob graue bellum à Venetis motum Ducatus occupatus fuit à Francisco Sfortia eorum Imperatore, & Galeatius Maria eius filius, occisus fuit de anno 1476. a Io. Andrea Lampugnano; Vndè Ludouicus Francisci Primi Sfortiæ filius, excluso astu, & dolis nepote, Ducatum inuasit, sed eo captiuo, in Galliam ducto, Galli dictam Prouinciam inuaserunt, consuetoq; Gallico Imperio in Ecclesiasticos vsi sunt, vt testatur Franciscus Guizard. lib. 14. Histor. de reb. Ital. pag. mihi 400. impressionis Venetæ anno 1599. in hæc verba. *Sdegnato* (loquitur de Leone X. Summo Pontifice,) *oltre questo dall'insolenza di Lautrech, & del Vescouo de Tarba suo Ministro, i quali non ammettendo nello Stato di Milano alcuno commandamento, ò prouisioni*] *Ecclesiastiche, le dispreggiauano con*

superbis-

superbissime, & insolentissime parole, deliberò di congiungersi contra il Re di Francia con Cesare; Quod etiam colligitur ex pluribus alijs locis eiusdem Historiæ, præsertim in princip.lib. 7. & pag. 188. & in princ. lib. 8. pag. 212. à tergo, & pag. 235. à tergo.

Ex his enim tam crebris, & seditiosis Principum mutationibus, fit, vt mirum sit, etiam hodie extare vestigium Placiti concessi per Consilium Regium, sub nomine, & sigillo Regio, cuidam Io. Baptistæ Butio, decima Maij 1510. cum clausula, *dummodo ipse esset ex Subditis dominio suo*.

Ita satis constat de causis, ob quas ab anno 1386. vsq; ad annum 1525. non habeatur in totum plena notitia Oeconomatus, vel saltem grauantur Ecclesiástici prius docere de collationibus ab eis, eo tempore factis, quia si Galli Pontificiam Maiestatem parui faciebant verisimile est, quòd multò magis contempserint Ordinarios Collatores, præsertim cum illis temporibus beneficia magis vi, & armis occuparentur, etiam à priuatis, quàm Episcoporum auctoritate; Qui abusus causam dedit Statutis, quæ hodie per Italiam extant, de non capienda possessione beneficiorum, inconsultis Ciuitatum Rectoribus, vel eorum Principibus.

Ab eo verò tempore, quo expulsis Gallis, Franciscus Sfortia II. ab Inuictiss. Carolo V. Cæsare restitutus fuit, vsque ad præsentem diem existentia Oeconomatus adeò clarè constat per successiuas electiones Pontificias, Ducales, & Regias, vt superuacaneum sit in ea comprobanda tempus cõterrere; Sed tota difficultas redigitur ad validitatem huius consuetudinis de qua nunc agendum est.

Pluribus comprobatur validitas prædictæ consuetudinis, etiam quò ad Ordinarios Collatores.

INualiditas huius consuetudinis in eo fundatur, quia videtur esse contra libertatem Ecclesiasticam, quod satis ve-

ritati consentaneum videretur, si Rex noster officio Oeconomi bullas beneficiorum, & personas beneficiatas auctoritate iudiciaria suppeditare, & iudicare prætenderet; Verùm, cum longè diuersa fuerit, & sit pia mens S. M. quæ solum prouidere intendit, ne Ordinariorum collatorum ignorantia, aut malitia, vel negligentia, ea in suis Ciuitatibus contingant, infidelitatis erga Deum, & Regem scandala, quæ superiora sæcula viderunt, & hodie videntur in alijs Prouincijs, & Regnis, quia semel nata, neq; annorum cursu, neq; ferro, neq; igne de medio tolli possunt, Constanter dicimus Placitum Regium non esse contra libertatem Ecclesiasticam, nec præiudiciale Ecclesijs, neque personis Ecclesiasticis, sed cunctis commodum, & decus afferre.

Non potest dici contra libertatem Ecclesiasticam, eo quia tollat, vel minuat priuilegia immunitatis, & iura Ecclesijs, ac Ecclesiasticis personis, ac Summis Pontificibus concessa.

Quoniam, nec Ecclesiæ, nec personæ Ecclesiasticæ habent priuilegium, vt Prælati, & Clerici diffidentes, vel exosi, aut malæ famæ possint de Prelaturis, ac benefitijs prouideri, Populis, & Principibus inuitis, quinimo Principes, & populi sunt in hoc priuilegiati tàm ab Imperatoribus, quàm à Summis Pontificibus, & à Consilijs Generalibus.

Nam primò dum in §. Sancimus in §. si quis autem, & in ʃ. hæc autem de Deo, authen. quomodo oporteat Episcopos colum. 1. canonizatis in cap. licet ergo 14. 8. quæst. 1. in cap. ordinationes 112. par. 1. q. 1. *Sancitur neq; Episcopos, neq; cæteros Clericos ordinandos esse ad Sacros Ordines, si contradictionem patiantur, & tali bonorum Virorum testimonio careant, quod Sacerdotibus deceat*, & hoc etiam hodie ab Episcopis obseruandum esse scribit Carol. de Grass. de effect. Cleric. in præludijs num. 343. Multo magis decernitur, non esse promouendos ad Episcopatum, & ad alia beneficia, si populi, & Principes, iustè contradicant, vel de criminib. eos arguant, cum longe maiora damna, & scandala euenire

possint

possint populis, ex cura animarum, quàm ex simplici ordinum collatione.

Secundò, in cap. nullus distinct 61. & in cap. fin. in fin. distinc. 63. expresse diffinitur, nullum Prælatum dandum esse inuitis, & non petentibus, ne plebs inuita Episcopum non optatum contemnat, aut odiat; Et fundatur in optima ratione, quia hoc non esset consulere populo, sed nocere; Non præstare regimen, sed augere discrimen, vt inquit Leo Papa, in cap. Miramur, in princ. eadem distinct. 61. Siquidem, quem quis non diligit, facile contemnit, cap. præsens 20. quæst. 3. & sine fructu Episcopus esset, quem contemneret, aut cui insidiaretur populus; Qua ratione, si illi, qui iam est Episcopus, satius est ei talem relinquere populum, cap. nisi cum pridem § propter malitiam de renunciat cap. penult. & fin. q. 1. Couaruu. in reg. peccatum par 1. in princ. sub num. 5. vers. facit optima glosa; Multo vtilius erit id facere, quando de nouo creandus est, cum longè facilius repellamur ab acquirendis, quam ab acquisitis, & vulgaris sit regula, quod multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.

Et quamuis text. in dicto cap. *nullus inuitis* distinct. 61. & cap. final. distinct. 63. loquatur de Episcopis; ratio tamen est communis ad omnia beneficia, glos. in pragm. sanct. in proem. §. nam Ecclesiarum, in verbo exterorum, Sylu. de benef. par. 2. q. 23. num. 58.

Tertio, ponderatur Textus in cap, cum nobis 19. §. *his igitur*, & alijs allegatis de electione, vbi cum Innocentius Tertius rescribens Paulo Capuano dicat, quod licèt contra personam electam nihil ab eo dictum, vel obiectum fuerit, ipse tamen ex officio suo inquirere debebat, clare præsupponit id populo licere, & competere huiusmodi priuilegia.

Quarto, idem comprobatur in cap. Venerabili §. *sciunt Principes*, ibi, *nisi, cum demum eodem tit.*, vbi cum idem Innocentius moneat Principes Germaniæ, vt relicto Philippo adhæreant Regi Othoni, ab eo, & eius legato electo, *nisi tunc*

demùm contra personam, vel factum, quid legitimum ab eis obiectum fuit, & ostensum, Euidenter probat, etiam post electionem posse Principes reclamare, & personam electam impugnare.

Quintò, in Concilio Carthaginensi quarto, relato in cap. illud 23. distinc. diffinitum fuit, quod si contentio sit circa promouendos, & conseruandos, prius discutiendæ sunt exceptiones à Laicis oppositæ, quàm procedendum ad electionem, vel ad Consacrationem.

Sextò, idem comprobatur in cap. licet ergo 8. quæst. 1. vbi de mente Diui Hieronymi statuitur ad Sacerdotium eligi debere præstantiorem ex omni Populo ac sanctiorem, & in omni virtute eminentiorem, & hoc attestante Populo, quia secundum Apostolum *Opportet promouendos, testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt*.

Septimò, idem ordinatum fuit ab Imperatore Iustiniano, in *§. hæc autem de Deo, vbi, & boni testimonij Viros*, Authen. quomodo opporteat Episcopos coll. 1.

Octauo, & vltimo, hoc etiam disponit Concilium Tridentinum, non solum in Diaconis, & Subdiaconis, & Presbyteris in cap. 7. & sequen. sess 23. de reform. sed etiam in Episcop. cap. 1. sess. 24. de reform.

Ex quibus satis clarum redditur quod priuilegium hoc præstandi bonum testimonium omni iure necessarium in promouendis ad ordines, & ad Ecclesias pertinet ad Populos, Glos. in cap. si quis Monacu, in verbo vel Populi 16. q. 1. Quam sequuntur Turecrem. ibidem, & Archidiacon. in cap. hortamur colum. 4. in fin. vers. sexta via est, distinc. 71. Præpositus ibidem num. 2. col. 2. in media vers. alia est, Tolesan in tit. de electione cap. 5. num. 22. in princ. Roch. de Curt. de iurepatron. in verbo competens num. 60. Lamberf. eodem tract. lib. 1. part. 1. quæst. 10. art. 5. num. 21. Decian. videndus respons. 8. num. 161. & 162. vol. 1. & claris verbis decidit Apostolus supra relatus, ibi, *testimonium habeant bonum ab his, qui foris sunt*.

Et

Et quod de Populis dicitur, procedit etiam in Principibus, Decian. dicto num. 162. in quos cum translata sit omnis potestas, §. sed & quod Principi Placet, Institut. de iur. natur. gent. ciuil. & ipsis fiat relatio omnium delictorum ab Officialibus, & ab exploratoribus, tàm ipsi, quàm Populi, maiorem semper habent notitiam morum, qualitatum, & vitæ Sacerdotum, quàm Ordinarij Collatores, qui sæpe sæpius in longinquis partibus resident, & ope ministrorum delicta multoties cooperiuntur.

Et quoniam perhibentes testimonium censebantur consentire electioni, Glos. in capit. 1. in verb. nec à Plebibus, distinct. 62. dicens testimonium Plebis æquiualere electioni, cui adhæret, ibidem Turecrem. num. 1. Hinc emanauit consuetudo requirendi consensum Principis, & Rectorum Ciuitatum, modò ante, modò post prouisiones factas, quæ vtroq; casu laudabilis, rationabilis, ac honesta censetur, secundum Glos. in capit. fin. in verb. rationabilis de consuet. Cui assistit ius, vt probat Lup. in proem. de donat. inter Vir. & Vx. num. 25. versic. nec autem, cum sequen. Thesaur. decis. 131. num. 12. pro quo est Text. expressus in capit. generaliter in verb. consuetudine de elect. num. 6.

Sicuti de consuetudine requirendi consensum ante extant Text. in capit. cum longe, & in capit. per lectis distinct. 63. & in capit. Abbates 18. quæst. 2. ac testantur Innocen. in capit. quod sicut sub num. 1. Io. Andr. num. 6. Hostien. num. 4. Ancaran. num. 5. vers. subdit etiam, Compostel. num. 37. Butr. num. 16. Abb. num. 7. de elect. Henric. Boic. in capit. nobis fuit num. 12. in princ. de iurepatron. Dec. in cap. p. num. 30. de elect., Ioha. Syl. de benef. p. 2. quæst. 23. num. 5. art. 2. num. 29. Lup. de donation. inter Vir. & Vxor. in proem. num. 26. & sequen. Roc. de Curt. de Iurepatron. in verbo competens num. 60. & in tract. de consuetud. num. 496. Tolosan. tit. de election. cap. 5. num. 20. in fin. Glos. in pragm. sanct. §. Verum tamen in verbo Pontifex de elect. Petr. Rauen. de consuetud. num. 81.

Ant.Corset.de potestate Regia par. 3. num. 13. vers. Idem valet consuetudo, & Petrus de Baijs, in directorio electi par.pri.cap. 6. num. 2. & de consuetudine petendi consensum post prouisiones probant Text. primo in capit. cum Terra, in fin. ibi, non prohibemus quin Regis requiratur assensus, de elect.

Secundo in capit. quod sicut, eodem tit. ibi, quia solemnis electio debet Principi præsentari; Vsurpatio enim ibi considerata non consistit in præsentatione solemnis electionis, sed in præsentatione simplicis nominationis, vt postea electio fieret à potestate laica, & cum hic sit germanus intellectus huius Textus, vt satis constat ex eius lectura, corruit consideratio Abbatis, communiter reprobata.

Tertio, in capit. inter vniuersas, in fin. ibi à nobis Vice Regia postuletis assensum, pariter de elect.

Et tradunt Glos. in §. Sancimus, in verbo Primatis, Authen. de Sanctiss. Epis. Hostien. in dicto cap. cum Terra, num. 1. in verb. Princeps, & Abbas num. 2. Zabar. in dict. cap. quod sicut num. 6. versic. 8. not. Imol. ibidem num. 3. vers. not. Laicum Henric. Boic. ibidem num. 3. & in capit. quod nobis fuit, num. 12. in fin. Dec. in capit. 1. num. 30. de elect. Roc. de Curt. de consuet. num. 494. German. de Sacrorum immun. lib. 3. capit. 11. num. 21. Syl. de benef. par. 2. quæst. 23. num. 27. Lancellot. Corad. in templo omnium Iudicum lib. 2. capit. 5. de Epis. §. 1. tit. elect. quali fiat num. 5. & lib. 1. cap. 1. de Imperatore §. 3. vers. iuxtà præmissa sub num. 4. vbi dicit, quod præsentatio electionis fit Principi, vt eam approbet, idq; vulgo, Placet appellatur. Cassan. de glor. mund. par. 5. consid. 24. vers. 194. in elect. Prælat. & Ant. Corset. de potestat. Regia par. 3. num. 13. vers. & si conclusio est.

Distinctio verò Abbatis, & Imolæ in dicto cap. cum Terra, ac Sylu. d. quæst. 23. num. 7. nedum impugnat intentionem Regis, sed eam maximè confirmat, vt clarius etiam constabit ex infra dicendis.

Nec prædictis obstat, quod exaduerso dicitur, DD. & iura allegata loqui de Prælaturis, & beneficijs electiuis, ac Iuris patronatus, à quibus non benè infertur ad benefitia liberæ collationis.

Primò quia priuilegium, quod habent Patroni, intuitu patronatus adducendi contra electum causas, si quas habent legitimas cap. filijs 16.q.7. Lamberf. de Iurepatron.lib.2.p.p.quæst. 5. art.2.per totum; æquè militat in Principibus Sæcularibus, quò ad beneficia existentia in eorum Statu, quoniam vti iam probatum fuit, & ipsi habent de iure hoc priuilegium, vt possint quemlibet Clericum prouisum in suo Statu iustè recusare, & de criminibus arguere, siue agatur de beneficio electiuo, siue collatiuo; Vbi vero est eadem ratio, Idem quoq; ius statui debet, l.illud, ff.ad l. Aquil. tantò magis, quia priuilegium Principum fundatur in publica vtilitate plenè supra deducta, ob quam tolerantur quæ aliàs non admitterentur, Felin. in cap.quæ in Ecclesiarum num.27.vers. causa autem legitima, de constit. Surd. latè cons. 210. num. 29. & sequen. vol. 2. & præbet legitimam causam dispensandi etiam contra Ius Diuinum, Abb., Felin., Dec., & alij, in dicto cap. quę in Ecclesiarum, Roc. de Curt. de consuetud. num. 188.

Reges inquam vniuersaliter habentur ad instar patronorũ omnium Ecclesiarum, secundum doctrinam Bouadill. qui generaliter loquitur in sua politica lib.2.cap.18. sub num.296. Pro quo facit tex. in allegato cap. filijs in verbo Regis, & ibi Glos. 16. quæst. 7. Et quidquid sit, sat est rationem diffidentiæ, vel confidentiæ æquè militare in omnibus Ecclesijs, & beneficijs, & de hoc est Text. expressus in cap. inter vniuersas, de elect., in quo inquam deciditur, quòd post electionem illam factam de Archiepiscopo Capuano perquirendus, & obtinendus fuerat Regius assensus, & tamen non apparet Regem illum, maximè tempore decisionis dicti Text. aliquod Ius in memorata Ecclesia habuisse; Et quod plus est, Papa Vi-

ce Regia, & veluti Tutor illius Regis præstitit assensum, vt legitur in allegato Text. in Verbo Vice Regia, & per Abb. num. 7. circa medium, ex quibus non est immorandum priuilegium hoc præstandi assensum competere Principibus Sæcularibus de iure communi.

Minus releuat altera ratio, quod assensus requisitus in electiuis non procedat in collatiuis, quia in illis Princeps consentiendo, vel dissentiendo ante confirmationem non tangit, nec impedit ordinationem Ecclesiæ, quæ recipit esse à confirmatione; At in istis, si Princeps potest non admittere prouisum, ordinatio Ecclesiæ perfecta necessario subijcitur eius iudicio, quod est absurdum.

Nam respondetur; primò Oeconomum Regium nihil minus cogitare, quàm iudicare ordinationes Ecclesiæ, & illius assensum, vel dissensum non tendere ad hunc finem, quia licet Diu. Augustin. lib. 3. contra Cret. Gram. dicat Reges Deo seruire, si in Regno suo bona iubeant, & mala prohibeant, non solum, quæ ad communem societatem, Verùm etiam quæ pertinent ad Religionem. Nihilominus Sua Maiestas consentit id ad Principem Sæculi pertinere, minus principaliter, in quantum scilicet policiæ deseruit, ac Populorum concordiæ, vt inquit Thom. Campeg. in tract. de offic. Princip. Christian. pag. mihi 3. à ter. vers. Quartò Princeps iccircò cum Rex in ordine tantum ad hanc humanam societatem, & Populorum quietem sustineat officium Oeconomatus, vt nempè possit sibi, & Populis consulere, & efficere, si opus est, vt electi, & prouisi, non idonei non admittantur, magis dicitur adiuuare, quàm impedire ordinationes Ecclesiæ, quæ, si benè informata fuisset, huiusmodi ordinationem non fecisset, & principalis intentio est id, quod facit actum licitum, vel illicitum, cap. cum voluntate, 54. de sent. excom. Bal. in l. Deo nobis, §. hoc etiam, sub num. 8. vers. nec est verum C. de Episc. & Cler. Roch. de Curt. de consuet. nu. 459. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 55. de

constit.

constit. Abb. consf. 63. sub nu. 7. per totum, lib. 1. Calder. nu. 21. de constit. com. consf. 64. nu. 7 & 8. vol. 3. Maran. disp. 8. num. 25.

Ideoq; docet Thes. decis. 121. num. 12. Quod huiuscemodi consuetudo præstandi Placitum venit consulenda, & laudanda à Sanctissimo Pontifice; siquidem non minimam curam adhibuit, (vt ipse dicit) Princeps Sæcularis circa ea, quæ Ecclesijs prosunt; His addatur, quòd licèt Principes non habeant in Ecclesiasticos contentiosam, & iudicialem iurisdictionem, habent tamen dictionem Oeconomicam, & politicam, vt post alios notat Caball. de cognit. per viam viol. post prologum, Bouadill. in Pol. lib. 2. cap. 18. num. 62. cap. 19. num. 31. & cap. 17. nu. 68. Ceued. quæst. 45. nu. 23. & 24. Menoch. cons. 1000. num. 98. Clerici inquam neq; iure Diuino nec humano sunt omninò à legibus exempti, quia non obstante Clericatu sunt Ciues Reipublicæ, & eius membra, & propterea tenentur Clerici, quatenus leges Principum Sæcularium spectant ad pacem, & tranquilitatem Reipublicæ eis non contradicere, vt post Dom. de Soto. in 4. sent. distinct. 25. quæst. 2. art. 2. 4. col. vers. 4. conclus. tenet. Vincent. de Franch. decis. 9. num. 5.

Secundo, respondetur, supradictam differentiæ rationem inter electiones, & collationes esse falsam, quia ordinationes Ecclesiæ perfectæ, & confirmatæ ita subijciuntur Potestati Laicæ in electiuis, sicut in collatiuis, quoniam laici, quorum interest, possunt de criminibus, & alijs iuridicis defectibus excipere, nedum contra eligendum, aut electum, ne confirmetur, sed etiam contra confirmatum, ne ordinetur, & contra ordinatum, ne consacretur, & contra consacratum, ne possessionem adipiscatur, vt post antiquiores scribit Sylu. de benef. par. 2. q. 23. nu. 67. & plenius constabit ex mox dicendis in vers. & hinc est.

Secundo principaliter respondetur, quod ratio finalis, ob quam conceditur Principibus assensus in beneficijs electiuis æquè procedit in collatiuis, quia & hæc conferri

possunt

possunt personis exteris, ac suspectis, (vt euenit superioribus mensibus, quia Episcopus Hastensis Ditionis Pedemontaneæ Sacerdotem Monferratensem promouere putabat ad Ecclesiam Parochialem Oppidi Quatordarum agri Alexandrini; Et Episcopus Casalensis, Presbyterũ Mantuanum ad Ecclesiam Oppidi Feliciani eiusdem agri Alexandrini;) Idcircò à pari procedere debent c. cum in cunctis, §. Clerici de elect. Boer. decis. 2. num. 24. Menoch. cons. 83. nu. 4. & 18. vol. 1.

Et hinc est, quod Canonistæ agentes de exceptionibus licitè opponendis indifferenter de prouisis, & de electis loquuntur, vt videre est Zabar. in cap. quod sicut, in princ. num. 6. de elect. ibi; *quæ exceptiones admittantur contra electum, vel prouisum*, & in §. quod autem num. 1. ibi. *materia de electionibus admittendis, vel non contra electum confirmatum, consacratũ, vel prouisum est, quotidiana, ideo plenius dilucidanda, &* Abb. antiq. *ibidem in princip. dicit, materia ista de exceptionibus contra electum confirmatum, & contra eum, cui facta est dignitatis, vel personatus, seu alterius beneficij prouisio, seu collatio, tàm in factum, quàm in personam admittendis*; Et vterq; eorum in discursu plurium columnarum, hic num. 24. 25. 26. & 27. & ille col. 7. 8. & 9. Nihil in hac quæst. dicit de electione, quod etiam non firmetur de collatione, sicuti etiam faciunt Marian. Socc. in c. super his num. 49 de Accus. & Petr. de Bais. in direct. elect. par. 3. cap. 45. num. 5. ibi; *& hoc casu effectus confirmationis, & collationis impedirctur*.

Quare cum aliqui ex aduerso scribentibus, agnoscentes hanc veritatem, eò confugiant tamquam ad Sacram Anchoram, vt velint iudicia, & sententias hisce casibus pertinere debere ad Iudices Ecclesiasticos, non ad Oeconomum Regium, ideo.

Pro parte Oeconomi nostri duo replicantur, Alterum est, hanc esse aliam inspectionem, de qua nunc non agitur; Alterum verò quod sicuti Ecclesiastici hucusq; non possunt conqueri, nec date exemplum, quod Oeconomus

nomine

nomine Regio iudicauerit Bullas, aut personas electas, seu prouisas; Ita si in posterum casus continget, id faciet, quod Regem Catholicum decet; Quod si aliquando Ecclesiasticis videbitur, vt Oeconomus iurisdictionis suæ Cancellos egrediatur, tunc vti poterunt, concordia tempore Pauli V. inita, disponente, *quod tollantur abusus Oeconomi, prout de eis constiterit*.

Exigui quoq; fundamenti est responsio, quod hic agatur de litteris Placitorijs in puncto, à DD. respectis, & non de prædictis consuetudinibus, quia data validitate consuetudinis petendi, & dandi consensum electionibus, & prouisionibus, litteræ placitoriæ veniunt in necessariam consequentiam. vt constat de consensu petito, & habito, & magis prosunt quam noceant Ecclesiasticis, quia longè facilius, & libentius recipiuntur à Populis cum litteris Placitorijs, quam sine illis.

Quod si Ecclesiastici grauantur eas appellare Placitorias, nuncupentur litteras consensus Regis, vel litteræ Regiæ, vel exequatur Regium, quo modo velint, quia Rex non curat de modo, dummodo habeat effectum.

Doctores verò in puncto reprobantes huiuscemodi litteras Placitorias vltra quod loquuntur quando Oeconomi Iudicis partes assumunt, non autem quando intra cancellos simplicis consensus, vel disensus se continent, non applicantur casui nostro, vt plenissimè infra demonstrabitur.

Consideratio quoq; de minori præiudicio consensus præstandi in electione facienda, quàm in ea facta, tollitur ex Imol. in cap. quod sicut num. 3. de elect. vbi dicit, quod consensus Regis, vel Principis non debet requiri in electione, prout est in fieri, sed postquam est in facto, vt non obscurè deciditur, si benè ponderetur in dicto capit. quod sicut de elect. ibi, *non simplex nominatio, sed solemnis electio debet Principi præsentari*.

Absurda etiam ex aduerso considerata nunciandi mortes omnium beneficiatorum Regi tolluntur ex viridi obseruantia

uantia petendi consensum post prouisiones, quam S.M.& Oeconomus noster contentantur.

Et ex his satis constat Potentiss. Regem nostrum in defensione Placiti Regij tueri prærogatiuas sibi à iure concessas, & antiquissima, & inueterata consuetudine comprobatas, non autem tangere priuilegia Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, & consequenter Placitorum præstationes ex hoc capite non posse dici contra libertatem Ecclesiasticam, sicut nec etiam ex eo, quod deteriorem reddant conditionem Clericorum, quàm sit de iure communi, cum intentio S. Maiestatis in iure communi fundetur ex plenè supradeductis; Nec deniq; ex eo, quia timidiores faciant Clericos, quàm essent, si Placita non præstarentur, quia potius efficiunt, vt vitam religiosam, castam, & irreprehensibilem ducant, vt infra dicetur.

Respondetur auctoritatibus ex aduerso allegatis.

NON obstant nunc Abb. & alij eius sequentes satis pleno calamo, ex aduerso allegati firmantes non valere statuta prohibentia cap. possessionem beneficiorum sine licentia Principis, quia sunt contra libertatem Ecclesiasticā.

Nam primo respondetur, quod omnes ex aduerso allegati loquuntur cum præsupposito, quod statuentes principaliter disponant de possessione beneficiorum, quæ cum in iudicio adipiscendæ sit res merè spiritualis ratione tituli necessariò exhibendi, sequitur, vt huiusmodi statuta non valeant ex defectu potestatis, & ideo sicuti hoc benè procedit in illis locis, in quibus Officiales Principum vigore prædictorum statutorum Bullas detinent, iudicant, & quandoq; lacerant, quod contigit in non paucis Italiæ partibus, ita non applicantur casui nostro, quia mens S.M. non est, vt Oeconomus videat validitatem, vel inualiditatem Bullarū, nec cui danda sit possessio, si fortè de

ea,

ea, inter plures sit contentio, sed solum vt suspendat, (si opus est) executionem ad Summum Pontificem certiorandum, & ad ipsius benignam intentionem adiuuandam, qui non vult, vt neq; priuilegia, neq; rescripta, neq; litteræ, neq; aliæ commissiones Apostolicæ exequutioni mandentur, quando præiudicium tertij continent, aut iuri, vel publicæ vtilitati, cæterisq; priuilegijs sunt contrariæ, aut falsibus præcibus impetratæ, quæ iuris prouisio, licet habuerit, initium à iure ciuili, l. rescripta, C. de præcib. Imper. offer. l. 2. cum tribus sequentibus C. si contra ius, vel vtilitat. public. seruatur tamen de iure Canonico, & Canonizata est, in c. rescripta, & in cap. dicenti, cum seq. num. 25. q. 2. Ipse enim Summus Pontifex, ita statuit, vt non solum Princeps, sed etiam quilibet alius Iudex ordinarius huius examinis faciendi liberam habeat potestatem, & possit admonere, & certiorare ipsum Sum. Pontificem, si opus erit, cap. si quando, & cap. super litteris de rescript. & cap. etsi non cognitio 25. q. 2.

Idcircò cum hoc examen de mente S. M. fiat à Regijs Ministris eo zelo, & intentione, vt ne in minima quidem parte derogatum sit eximiæ potestati Ecclesiæ; Executionemq; dictarum litterarum supersedeant, & differant non animo se opponendi authoritati Sedis Apostolicæ, aut Ordinarij Collatoris, sed cum intentione certiorandi Sum. Pontificem, & Episcopos de ijs, quæ, si fuissent eis nota, prædictas litteras non concessissent, constanter dicimus talia examina, & huiusmodi suspensiones, ac Placitorum præstationes non esse contra libertatem Ecclesiasticam, vt plenè probat Couar. prac. quæst. cap. 35. in 6. vers., *Ne verò quis existimet*, & latius in Regu. Peccatum, in princ. num. 5. vbi post Adrian., Sot., & Nauar. præsertim scribit, executionem differri posse, quoties maius damnum timeretur ex ea, quàm ex dilatione, donec appareat de vera præcepti iustitia, quam sententiam ad verbum sequuntur loquentes de bullis beneficiorum, Augustin. Morl. in Esapor. Iur. p. p. quæst. 14. nu. 9. per

totum;

totum; subdens; *non videri mandatum superioris contemnere, aut in pœnas, & censuras incurrere, qui ex dictis iustis causis suspendit executionem*; & citat Zabarell. in cap. si quando, de rescript. latè Fulu. Pauan. in consil. 164. num. 47. & seq. volum. 1., & omnes illi, qui tenent in hisce terminis cessare Bullam in Cœna Domini, præsertim Grass. in explicat. Canon. 13. lib. 4. decis. p. p. cap. 18. sub num. 120. vbi loquens de Regno Neapolitano, censet Regios Ministros suspendentes *Regium exequatur* non incurrere in censuras, donec aliud à Sede Apostolica fuerit decisum, & hac eadem ratione excusari Principes existimat Vgolin. de censur. in eodem canon. 13. vers. *Quiue illa*, sub num. 2., ibi, *Item excomunicationem*, & Felicia. Moral. q. tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 258. in fin. dicit iustè impedire executionem, quando recurritur, & Canon. 14. Bullæ in Cœna Domini limitari, quando volunt supplicare Summo Pontifici, & eum informare, & supplicationem legitimè prosequantur, post Vgolin. scribit Leonard. Duard. in dicto Canon. 14. quæst. 13. conclus. 3. in finalibus verbis, & benè confirmat Azor. instit. Moral. lib. 5. cap. 14. quæst. 46. in medio dicens, Regum, & Principum non esse de spirituali causa cognoscere, sed seruato iuris ordine debent impedire, ne in Republica mala sequantur, causamq; ad Romanum Pontificem deferre; Et ex eo comprobatur, quia etiam Episcopi sine censura Canon. 13. possunt prohibere litteras Apostolicas executioni mandare, non habito prius earum assensu, vel nisi prius per eos examinentur, non vt iudicent de earum iustitia, neq; vt circa easdem aliquid prohibeant, mutent, & impediant, sed solùm vt recognoscant, an sint litteræ Apostolicæ, an falsæ, aut subreptitiæ, & si quid inueniunt, possunt Sedem Apostolicam monere, eiusq; voluntatem inquirere, & interim eas suspendere, quousq; ab eadem Sede certiores facti sint; *Idemq; licere laico Magistratui, & excusari ab eadem censura* Can. 13. scribit Reginald. in Praxi Pænitentiali lib. 9. cap. 21. sub num. 128. in fin. & in

cap.

cap.22.num.342.in princip. & pleniſſimè num. 343. probans hoc licitum eſſe de iure naturæ. Quibus additi ſunt omnes illi; qui ſunt infra citati in reſponſione ad bullam in Cæna Domini; Nam, ſi adequate conſtabit huiuſmodi Placita non comprendi in dicta bulla, conſtabit quoq; non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam.

Secundò reſpondetur, quòd, cum in hoc articulo validitatis, aut inualiditatis dict. Statutorum grauiſſimæ ſint hinc inde DD. authoritates; quæ rem admodum dubiam reddunt; vt per Alex. conſ. 222. num. 10. vol. 2. & Dec. conſ. 131. num. 7. vol. 2. adhærendam eſt illi opinioni, quam ſubſecuta obſeruantia (etiam quod ſit grauoſa Eccleſiæ) canonizauit in Ducatu Mediolani, Dec. in cap. At ſi Clerici, in princ. num. 167. de Iudic. Imol. in cap. p. ſub num. 15. col. 1. infra, verſ. *Vnde mihi videtur* de his, quæ fiunt à Prælat., Abb. in cap. cum dilectus num. 7. de conſuet. Dicens *in dubijs non eſſe recedendum ab intellectu, quem conſuetudo tribuit, etiam ſi ex poſt facto appareat huiuſmodi intellectum non eſſe bonum;* Alex. conſ. 19. num. 13. vol. 7. Afflict. deciſ. 173. num. 2. Berou. conſ. 113. num. 31. vol. 2. Franc. Becc. conſ. 8. num. 19. Crau. conſ. 258. num. 8., & latè Decian. reſp. 46 num. 123. & ſequen. vol. 2.

Eeprocedit, quamuis opinio obſeruata ſit contra communē, Dec. in dicto cap. etſi Clerici num. 172., Neuiz. in Sylu. Nupt. lib. 5. num. 64. Decian. & Bec. in locis præallegatis Perlador. rerum quotidian. lib. 1. c. 1. §. 11. num. 4. Ioſeph Seſſ. deciſ. Aragon. 113. num. 180.

Vel de rigore Iuris minùs verè exiſtat Boll. & Vall. conſil. 58. num. 18. cum ſequen. vol. 4. Soc. Iun. conſ. 83. num. 21. vol. 2. Bero. quæſt. fam. 77. num. 2., Crau. dicto conſ. 258. num. 8. Ioſeph de Seſſ. dicta deciſ. 113. num. 120., vbi ſe refert ad plura benè ad rem noſtram, facientia, & præſertim, quod cum in illa quæſtione, An Clericus poſſit reconueniri coram Iudice Laico, adſint hinc indè opiniones, attendendam eſſe locorum conſuetudinem teſtatur Remig. de ſubſid. caritat. approbatus à Carol. de Graſſ. de

effect.

effect. Cleric. effect. 1. num. 288. Afflicto decis. 173. num. 2. Ioseph. Ludouic. conclus. 25. vers. infertur 29.

Quæ eò magis procedunt, quia hæc interpræratio firmata fuit antiquissimis moribus, non solum Prouinciæ Mediolanensis, sed etiam Venetæ, Pedemontanæ, Etruriæ, Regni Neapolitani, & aliorum Principatuum longè inferiorum; vt notorium est, & testantur grauissimi auctores, vt videre est apud Thesaur. decis. 131. specul. tit. de sed. vac. num. 6. & 7. Arch. in cap. Generali sub num. 6. vers. Guardiam, Io. Andr. col. 1. versic. vendicant, & Gemin. colum. 2. versic. qui autem, & But. num. 13. de elect. in 6. Franc. March. decis. 552. num. 4. p. 2. Couar. pract. quæst. cap. 35. versic. sic etiam. Qui enim facit id, quod alij faciunt, excusatur l. si pignore §. fin. ff. de pignorat. Art. Roch. de consuet. num. 121. Propterea à recto rerum ordine alienum videtur Regem Potentissimum nostrum de fide Catholica adeò benè meritum, ac Sedi Apostolicæ obsequentissimum primum causam dicere in ijs, quæ alij Italiæ Principes liberè agunt; non per personas Ecclesiasticas, & ab hac Sancta Sede approbatas, vt facit Rex, sed per proprios Consiliarios, vt plurimum laicos, cum tamen laudabile semper fuerit institutum huius S. Sedis Principes de ea benemeritos fauoribus prosequi, cap. ad Apostolicæ de sent. & re iudic. cap. per Venerabilem, qui filij sint legitimi, Decian. resp. 8. num. 161. vol. 1. & præsertim Matt. de iurid. 2. par. cap. 40. num. 13. Maiestatem Catholicam, quæ ob suam, & suorum Ministrorum Religionem maiori fruitur potentia, ditione, ac magnitudine, quam nemò hucusq; Rex, vel Imperator fuerit consecutus.

Tertio, respondetur DD. ex aduerso allegatos loqui in terminis statuti, non consuetudinis, siquidem quamuis non valeat statutum, consuetudinem tamen valere singulariter notat Rom. sing. 290. vbi scribit, quod licet valeat consuetudo, vt mortuo Prælato notificetur eius mors Principi, & expectetur licentia, & assensus, non tamen

valere

valere statutum, & sequuntur Roch. de Curt. de iurepatron. in verbo competens num. 60. & Lambert. eodem tract. lib. 1. par. 1. quæst. 10. art. 7. sub. num. 4. vers. & ita decidit singulariter. Ecclesia inquam regitur nedum iure canonico, sed consuetudine Abb. in cap. cum consuetudinis num. 3. de consuet. cum alijs per eum allegatis.

Vt enim valida sit consuetudo sufficit, vt eam inducentes sint capaces iuris, quod ex consuetudine acquiritur, Roch. de Curt. de consuet. num. 359 quia tunc est maioris auctoritatis, quam statutum Decian. resp. 42. num. 24. vol. 5. Ioseph de Sess. decis. Aragon. 91. num. 34. p. 1. & nedum est paris potentiæ, cum priuilegio, l. iam hoc iure §. ductos aquæ, ff. de aqua quotidian. Estiu. cap. super quibusdam §. Præterea de verb. signific. c. cum contingat de for. compet. Menoch. cons. 157. num. 15. vol. 2. Surd. cons. 262. nu. 19. sed etiam plus potest, quam priuilegium DD. in dicto cap. cum contingat præsertim Felin. de for. compet. Dec. in cap. nouit, de iudic. Menoch. cons. 181. num. 56. vol. 2. Immo plus valet, quam ipse Princeps, & gratia, vt post antiquiores, Roch. de Curt. dicto tract. de consuetud. numer. 143. subdens de mente Abbatis fortiorem esse consuetudinem contra Canones, quàm statutum; Nam consuetudo rationabilis, prout est nostra, de qua agitur, tollit ius publicum, etiam quòd non interueniat consensus Papæ Abb. in cap. cum ex officij num. 13. de præscript. cum alijs per eum allegatis.

Quòd vero Rex sit capax huius iuris præstandi assensum electionibus, & prouisionibus Ecclesiasticis ante vel post, satis constat ex Sacris Canonibus ex glosis supra deductis, & ponderatis, & ex auctoritate quadraginta, & amplius grauissimorum DD. ibidem allegatorum, qui in his terminis sine contradictore esse mihi videntur.

Quorum theorica adhuc comprobari potest duabus cōclusionibus communiter à scribentibus receptis.

Prima est, quod consuetudo particularis subijciens Clericos laycis in aliquibus casibus, & causis ex communi DD. sen-

tentia

tentia valida censetur; quando ex ea non imminet dedecus, nec graue damnum ordini Ecclesiastico, quia tunc non derogatur exemptioni Clericorum in totum, sed solum limitatur in illis casibus, Couar. pract. quæst. cap. 31. num. 5. post princ. versicul. Opinor tamen Clar. in §. fi. quæst. 36. num. 3. vers. sed ea retenta, Villalob. de communi testis comun. opin. in verb. Clericus num. 80. in fin. Farin. q 8. num. 3. vers. *limitando hanc secundam*, ibi, *idem soluendo communem*, Modern. Rom. discept. foren. 340. num. 39. Gasp. Roder. de annu. redd. lib. 1. q. 17. num. 58. & 62. Ioseph. de Sess. de inhibit. cap. 803. num. 136. & 155. Thom. Roz. de iure stat. cap. 17. vers. Et quod cum alijs, quod addit; & sequitur Carol. de Grassis, de effect. Cler. effectu. 1. num. 388. Immo consuetudo contra libertatem Ecclesiast. valet, quando infert modicū præiudicium Abb. in c. 1. num. 5. de consuet.

Hic verò nec dedecus oritur, cum Clerici pro assensu compareant non coram Laicis, oppido infestis; cap. Clericus de immunit. Ecclesiast. in 6., sed coram Persona Ecclesiastica in dignitate, & Prælatura constituta, & ab hac Sancta Sede approbata, tot. tit. Ne Cleric. vol. Monac. & cap. 1. cum pluribus sequen. 11. quæst. 1., cum vtrobiq; not. per Canonistas.

Nec resultat aliquod graue damnum, quin potius decus, & commodum; Primo quia habentes Placitum Regium habent irrefragabile testimonium, quod sint Regi, & Populis grati, & bene visi, & quòd vitam sine criminibus duxerunt, quæ, vt supra dixi, longè notiora semper sunt Ministris Regijs, & Populis, quam Summo Pontifici, & ordinarijs collatoribus.

Secundo quia Clerici scientes, quod Oeconomus nomine Regis, & Populorum potest contra eos excipere, de indecenti eorum vitâ, & efficere ne admittantur, ita vitam, & mores componant, vt non solùm fugiant turpitudines in moribus, dictis, factis, cæterisq; actibus iuxtà sanctam dispositionem Concilij Tridentini sess. 22. cap. 1. de

Reform.

Reform., Verùm etiam suspicionem turpitudinum, iuxta tradita in tot.tit.de Cohabit.Cleric.& Mulier., Quod enim de domo Cæsaris scribunt authores profani, multò magis obseruari debet in Domo Dei, cuius habitatores debent esse vti candelæ super candelabris, alijs lumen proferentes, Gulielm. Duran., in tract. de mod. Gener. Concil. celebr. p.p.rubr.1.num.41.

Altera conclusio est, quod consuetudo restringens potestatem eligentium ad certum genus personarum valet, Henric. Boci. in cap. cum Terra num. 1. de elect. Abb. ibidem nu. 2.& 3.. Concludens, *quod quando restringitur libertas eligendi, (quod potest fieri mediante consuetudine,) non dicitur cassari electio, nec tolli libertas eligendi*, Imol. ibidem ante num. primum, vers. *Nota, quod reprobatur*; Dec. in cap. licet de vitanda num. 46. eodem tit. Petrus à Bais. in direct. elect.par.pri.cap.6. num. 5. & par. 3. cap. 9. sub num. 2. Petrus Corset. de Potest. Reg. par. 2. num. 13. versic. *secus autem si restringeretur*; Sylu. de benef.p. 2. q. 23.num. 27. in fin. & num. 29. & num. 44.

Quarto principaliter respondetur, quod si Regi liceret præterita scandala sine alterius famæ iactura recensere, posset cum paucis exemplis demonstrare, quòd quando & vbi non exercetur Oeconomi Iurisdictio, sæpissimè id euenit, de quo conqueruntur tum Diu. Bernardus ad Eugenium, slz. quòd talibus Ecclesiarum Regimina committuntur, quibus custodienda non committerent poma sua, vt refert, Bellarm. in cap. Iudeorum num. 2. de ætat. & qualit. tùm idem Bellarm. ibidem num. 5. dicens, tales de facto fieri Superiorum electiones, & prouisiones, quæ cedunt in damnationem animarum, destructionem Ecclesiarum, offensionem Dei, & vniuersalis Ecclesiæ detrimentũ; Non raro enim Ordinarij Collatores nimis Cæci erga Nepotes, & consanguineos, nec non etiam aliquando erga viles famulos, vt ait Glos. in c. peruenit, in verbo grauius p. q. 3. magis consanguinitatem, quàm merita, & plus

ser-

seruitia familiarium, quàm aliorum sufficientiam attendentes contra claras dispositiones Canonum, in cap. Moyses 8. q. p. in capit. peruenit, pri. quæst. 3 & in cap. Dilectissimi 8. q. 2. Magis prouident personas de beneficijs, quàm beneficia de personis; Qui abusus omninò cohibendus, Glos. in dict. cap. peruenit in verbo *grauius* in fin. Syl. de benef. par. 2. quæst. 23. num. 62., Non parum, vt experientia docet cohibetur ob timorem, Ne Oeconomus nomine Regis, & Populorum reclamet; Rex enim noster summoperè studet, vt Ecclesiæ liberæ collationis Ducatus Mediolani ita prouideantur, sicuti, quæ conferuntur ad eius nominationem, in quibus non statim, nec ad cuiusq; preces nominat, sed matura adhibita deliberatione, habitoq; personarum delectu, vt non ignorant, qui in aula Regia versati sunt, tales offert viros Summo Pontifici, ac cæteris collatoribus, non solùm in Hispanijs, sed etiam in Indijs, & in Neapolitano, Sicilienséq; Regno, qui merito ab omnibus digni existimantur, & ob hanc vnam potissimam causam omnia illi Potentiss. Regi fæliciter succedere, scribit German. de Sacr. immun. lib. 3. cap. 11. num. 14.

Quinto respondetur Ecclesijs succurri contra consuetudines, quando multum lædunt, & sunt admodum grauosæ, secus, si sunt modici præiudicij glos. in cap. 1. in verb. Consuetudines de consuet. quam ibi sequuntur DD. præsertim Zabarell. sub num. 2. dicens ibi: *esse casum notabilem in quo propter auctoritatem consuetudinis teneatur Ecclesiæ tolerare incomoda non multum lædentia*, Bella, & Imol. vterq; num. 2. in fin Abb. num. 5. Dec. num. 1. & num. 4. limit. 1. quos sequuntur Petr de Rauen. de consuet. num. 124 & Roch. de Curt. eodem tract. num. 489. & Tiraquel. de iudic. in reb. exigu. vers. *Vigesimo sexto memorabile est*.

Quinimo nec etiam statuta laicorum modicum præiudicium Clericis afferentia, si habent rationabilem causam, de inualiditate argui possunt. Tiraq. antiquiores referens dicto tract. vers. *Quadragesimo tertio tacendum non est &c.*

Carol.

Carol. de Graff. de effect. Cleric. effect. 2. num. 163. vbi eiusdem opinionis citat Carpan. ad stat. Mediol. in prælud. num. 571.

Et licet arbitrio Iudicis relinquatur, an consuetudo sit magni, vel parui præiudicij Roch. de Curt. de consuet. nu. 462. & an sit rationabilis, vel irrationabilis DD. in cap. fin. de consuet. Roch. vbi supra nu. 204. Petr. de Rauen. eodem tract. num. 65. & 94. Dec. in cap. sicut num. 41. de probat. Menoch. de Arbitr. casu 82. num. 1. Nihilominus perpensis circumstantijs temporum, locorum, & publicæ vtilitatis, satisfactionis, & quietis Populorum, ac finis Regis. à quo tota hæc disputatio regulari debet, vel absolutè vtilis, vel nullius præiudicij iudicari debet, sicuti in puncto eam iudicat, Abb. in c. 1. num. 5. in fine de consuet. vbi declarans, quæ nam sit consuetudo exigui præiudicij exemplificat de hac nostra consuetudine, & cum intra Cancellos simplicis consensus non sit à iure reprobata, ac bonum honestum, & honorabile contineat, & non repugnet Religioni, nec disciplinæ Ecclesiasticæ, nec saluti, quin potius his omnibus mirum in modum inseruiat, ex plene supra deductis, & allegatis, iusta, æqua, & rationabilis, si opus esset, omninò arbitrari deberet. Quia si reijcit Clericos exteros, non quia exteri, sed quia malè affecti, suspecti, & vitæ scandalosæ, includit originarios, gratos, benè animatos, ac vitæ irrepræhensibilis. quod est conforme dispositioni, tàm iuris ciuilis l. in Ecclesijs C. de Episcop. & Cleric. quàm iuris Canonici cap. nec emeritis, c. nullus inuitis 61. distinct. cap. bonæ, & 2. de postul. prælat. Syl. de benef. p. 2. q. 23. num. 58.

Ex his destructa remanet consequentia exaduerso facta, nempè si non valet statutum, nec etiam valebit consuetudo, secundum Castr. Alex. Natt. & Mascard. in informat. allegatos; siquidem procedit in consuetudine vniuersali, quæ generaliter subijceret Clericos laycos, non autem in consuetudine particulari, vt in puncto respondet Ioseph. de sess. de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 136. & confirmant omnes supra allegati in tertia responsione, vers.

Prima

Prima est, & in verſ. *altera concluſio eſt*, Procedit etiam, vbi agitur de iure, cuius layci ſint omnino incapaces; quod non contingit in hoc caſu ex plene deductis in dicta tertia reſponſione; Et plenius in capite, in quo probatum fuit Placitum Regium non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; tertio procedit in ſtatutis, & conſuetudinibus admodum grauoſis, & præiudicialibus Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis, quod pariter non verificatur in hoc caſu ex allegatis in ſupra reſponſione; Quibus addo non præſumi tantam ambitionem in inducentibus conſuetudinem, quantam in facientibus ſtatuta, & ideo multis caſibus admitti conſuetudinem contra Canones, & non ſtatuta Roch. de Curt. qui alios refert de conſuetud. num. 256.

Reſpondetur Bullis in Cæna Domini, & Clementis Septimi.

DEniq; Bulla in Cæna Domini non obſtat, ſed ſuffragatur Regi noſtro, ſiquidem in §. 14. agens primo de Iudicibus, loquitur de Iudicibus Curiæ Rom. itaut trahentes ad forum laicale à Iudicibus Eccleſiaſticis de partibus non incidant in excommunicationem illius Canonis, ſic enim illa verba *alijsq; iudicibus Eccleſiaſticis*, intelligunt Vgolin. de cenſur. in explic. huius Bullæ Canon. 15. §. 1. ſub num. 1. verſ. *tertio in excommunicationem*, & Alter, de cenſur. in explicat. eiuſdem Canon 15. cap 1. col. pen. verſ. ſed poſtulabit, & licet Duard. in explic. Canon. 14. q. 6. contrarium teneat, attamen fatetur primam opinionem eſſe probabilem, & tutam in conſcientia *quod Regi ſufficit*.

Secundo loquens contra impedientes executionem, litterarum Apoſtolicarum verbis diſcretiuis loquitur de illis, qui auctoritate iudiciaria litteras Apoſtolicas ſyndicare, & iudicare intendunt, ibi, *ac ſe de illarum cognitione tamquam Iudices interponunt*, & ita interpretantur Suarez de cenſur. in Cæna Domini diſput. 21. ſect. 2. ſub num. 75. cenſ. 14. in littera B. Sayn. in Theſaur. caſu conſcient.

lib.

lib.3.cap.19.nu.5.Nauarr. in Enchirid. cap. 27. num. 69. Reginal in prax.lib.9.cap 22.num.335. Quod cum Oeconomus Regius hucusq; non fecerit, nec facere intendat prædicta Bullæ dispositio nec debet, nec potest in hac controuersia allegari.

Tertio cum Bulla in §. 15. loquens de Iudicibus sæcularibus trahentibus personas Ecclesiasticas ad sua Tribunalia expressè excipiat illos, qui id faciunt secundum iuris Canonici dispositionem, & ideo non excommunicari illos, qui id faciunt in casibus à iure Canonico permissis testantur Suarez loco cit.sub num.78.cons.14.in litt.A. & Reginal. vbi supra cit. cap. 22. num. 351., & ante eos Nauarr. in locis ab eis allegatus omnino liberi ab his censuris remanent Oeconomus, cæteriq; Ministri Regij, qui fundat totam suam prætensionem in dispositione iuris Canonici, ac in consuetudine à iure Canonico approbata.

Tanto magis, quia non desunt, qui tenent eos, qui seruant consuetudines, non incidere in Canon. 15. Reginald. vbi supra citatus nu.361. col. 2. vers. *Aduerte quoq;* qui etiam scribit in cap. 21. num. 323. vers. *Notandum est quarto,* ad incurrendam hanc censuram requiri temeritatem, seu præsumptionem in impediendo, seu prohibendo executionem, quia communiter tàm graui censura non solent puniri actus, nisi temerarij sint; Vndè cum nec temeritas, nec præsumptio in hoc casu ex supra deductis, & ponderatis considerari possit, nec etiam Bullæ dispositio locum habere debet, secundum glos. & DD. in l. mancipia, C. de ser. fugit.

Nec refert quod Bulla videatur tollere eiusmodi consuetudines, primo quia non desunt contradictores vtsupra dixi, secundo quia in omnem casum debet intelligi de illis consuetudinibus, quæ tollunt, & lædunt libertatem Ecclesiasticam, quod non contingere in hoc casu satis superq; fuit supra probatum.

Multo minus obstat Bulla Clementis Septimi 39. Bullar. nouissimi,

nouissimi, quoniam cum in §. 11. in quo afficit etiam Principes laycos se referat ad Bullam in Cæna Domini secundum illius terminos intelligi debet, quia relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus iuribus vulgaribus, & ideo si illa non obstat, nec ista negotium facessere potest.

Nec etiam fieri potest fundamentum in his, quæ sparsim in informationibus allegantur remissiue ad Marcum Antonium Episcopum Montis Marani, quia tamquam nobis non communicata attendi non possunt, & ita pro parte nostri Oeconomi, & Fisci Regij protestatur omni meliori modo &c.

Ex quibus cum adæquatè sublata remaneant, quæ ab Ecclesiasticis, tàm in facto, quàm in iure contra litteras Placitorias allegata fuerint, super est nunc vt transeamus ad secundum articulum respicientem custodiam fructuum, & bonorum beneficiorum vacantium.